Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod pulsatio signoru[m] siue campanaru[m] in nocte sanct[a]e Agath[a]e no[n] ad euita[n]du[m] has sortilegas & maleficas sit vt quid[a]m fatue intelligunt: sed aliis de causis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Visual Library

dentię videtur & infra : ſi tamen ex hoc coitu dęmonum interdũ aliqui naſcuntur, hoc nõ eſt per ſemẽ ab eo deciſſum aut ex corporibus aſſumptis : ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc acceptũ : vtpote quod idẽ dęmõ qui eſt ſuccubus ad virũ fiat incubus ad mulierẽ ſicut & aliarũ rerũ ſemina aſſumunt ad aliquarũ rerũ generationẽ . vt Auguſt. dicit iii. de trini. vt ſic ille qui naſcitur nõ ſit filiꝰ dę mõis: ſed illiꝰ hoĩs cuius eſt ſemẽ aceptũ.

non videtur verum

Quod pulſatio ſignorũ ſiue campanarũ in nocte ſanctę Agathę nõ ad euitãdũ has ſortilegas & maleficas fit vt quidã fatue intelligunt : ſed aliis de cauſis.

SVnt aliqui qui attribuũt pulſationem campanarũ etiã in nocte ſanctę Agathę fieri propter ſimiles maleficas : & quod illa nocte ſpecialiter vagãtur vt dictũ eſt : ſed hoc falſum eſt & ſuperſtitioſum . Nam pulſatio illa fit ob dęuo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionē ſanctę Agathę propter miraculū factū ex incendio mōtis Ethnę apud Sici liā quod videntes etiam pagani cōcurre rūt ad ſepulchrū Agathę: & velum eius inde trahētes corā incēdio facto opponē tes miraculoſe ceſſauit: inde aſt quod in aliquibus Eccleſiis habentibus deuotionem ad ipſam campanę pulſantur.

Quod ſuperſtitioſi ſunt qui credūt quoſdam dies ſanctorum aliquorum eſſe infortunatos & periculoſos ſimiliter ponentes quoſdam dies eſſe ęgyptiacos infauſtos & periculoſos.

Tertio ſuperſtitioſi ſunt qui dicunt & credunt quoſdam dies eſſe infortunatos: infauſtos & periculoſos: ſicut dies ęgyptiacos vt habetur in decretis xxvi.q.vii. non obſeruetis. Et dicuntur dies ęgyptiaci vel quia illis diebus fuit percuſſa ęgyptus & plagata: vel quia